Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Dissertationvm Atqve Programmatvm Crellianorvm

Hendel, Johann Christian Hendel, Johann Christian

Halae ad Salam, 1784

VD18 90544366

Inhaltsverzeichnis

urn:nbn:de:gbv:45:1-13911

Visual Library

Index diſſertt. huius faſciculi.

XCIV. Diſſert. *de arrha a ſponſae heredibus reſtituenda, ad L. 3. Cod. de ſponſal. & arrhis;* diſp. defend. Frideric. Gottlieb WILISCH, Advoc. Haynenſis in El. Sax. immatric. Vitemb. d. 12 Oct. 1753. pag. 1777

XCV. Theſes iur. ciu. & Germ. *de praeſcriptione immemoriali;* defend. Io. Fridr. OTTENS, Beltzigio-Saxo. Ib. d. 23 Mart. 754. 1809

XCVI. Diſſ. *de filia vidua ad patrem reuerſa, ad Leg. 12. D. de adoption. & emancipation.* diſput. Io. Ioſua IAHN, Zahna-Saxo. Ib. d. Maii 754. 1811

XCVII. Diſſ. *de interceſſione pro debitore mortuo; ad Leg. 22. D. de fideiuſſor. & mandator.* diſp. Io. Georg. FRANCKE, Islebienſis. Ib. d. Maii 754. 1827

XCVIII. Obſeruatt. *de foro viduarum, ad Leg. 22. ſ. 1. D. ad municipal.;* defend. Frid. Adolph. KRIEGK, Gubena-Luſatus. Ib. d. Iun. 754. 1851

XCIX. Theſes iur. ciu. *de fideiuſſione tacita, ſeu quaſi fideiuſſione; ad Leg. 2. pr. D. ad municipal.* ad diſp. propoſuit Carol. Frid. RICHTER, Geyſinga-Miſnicus. Ib. d. 16 Iul. 754. 1869

C. Diſſ. *de periculo obligationis alienae ſine fideiuſſione, ad L. 4. ſ. 3. D. de fideiuſſione & nomin.* diſp. defend. Erdmann Beniamin FEYEREISEN, Grosglogauienſis. Ib. d. 20 Aug. 754. 1872

CI.

Landesbibliothek Oldenburg

CI. Progr. *de confeſſione debiti inofficioſa.* Cum pro licentia gradum doctoris vtr. iur. obtinendi diſp. Erdm. Beni. FEYEREISEN. Ib. d. 20 Aug. 754. 1893

CII. Obſeruatt. *de filio patris aut matris curatore, ad Leg. 1. §. 1. D. de curator. furioſ. & aliis.* diſp. defend. Carol. Aug. HVNDIVS, Gommera-Saxo. Ib. d. Sept. 754. 1897

CIII. Obſeruatt. *de fructibus pratorum ante tempus paſcendi perceptis.* (Von der Wieſen-Nutzung zu geſchloſſenen Zeiten.) *ad Leg. 31. D. de verborum ſignificatione.* diſp. defend. Ern. Ludov. LANGBEIN, Radeberg. Miſnicus. Ib. d. Oct. 754. 1922

CIV. Obſeruatt. *de poena inſtigationis, ad Leg. 20. D. de his qui not. infam.* diſp. defend. Gottlob Aug. PIERSIG, Niemitſchio-Luſat. Ib. ad diem Dec. 754. 1939

XCIV.

Landesbibliothek Oldenburg

XCIV.

DISSERTATIO INAVGVRALIS DE ARRHA A SPONSAE HEREDIBVS RESTITVENDA.

AD L. III. COD. DE SPONSAL. ET ARRHIS.

VITEMBERGAE, AD DIE XII. OCTOBR. A. Q. S. P. EST CIↃIↃCCLIII.

L. III. C. De ſponſalibus

Imppp. GRATIANVS, VALENTINIANVS & THEODOSIVS *AAA. Eutropio P. P.*

Arrhis ſponſaliorum nomine datis, ſi interea ſponſus vel ſponſa deceſſerit, quae data ſunt, iubemus reſtitui, niſi cauſſam, vt nuptiae non celebrarentur, defuncta perſona iam praebuit. *Dat. 15. Kal. Iul. Theſſ.* GRATIANO *A. v. &* THEODOSIO *A. I.* CONSS. *380.*

§. I.

In negotiis arduis pignora deſiderantur vt conſtet de ſeria voluntae maxime in ſpe matrimonii.

Gaudemus quidem etiam de *abſentibus* amicis. Honeſtum enim amorem, quod ANTONINVS imperator apud VLPIANVM docet, *ſolis animis* & mutua affectione aeſtimamus *L. 3. pr. D. de donat. inter vir. & uxor.* Sed LVCIVS ANNAEVS SENECA illud *gaudium* leue & euanidum eſſe iudicat, niſi *ſenſu* quodam *praeſente & conſpectu* confirmetur. Conſpectus & praeſentia & conuerſatio habent aliquid viuae voluptatis [a]. Hoc autem conſpectu quum perfrui ſemper non poſſint, qui *ſpem matrimonii* & conſortii aeterni conceperunt, *pignora & monimenta* mutui amoris ſubſtituunt, quae *ingerant & inculcent auctorem* ſuum, & abſentem quaſi oculis ſubiiciant, ideoque prohibeant, ne donatoris poſſimus obliuiſci [b]. Hoc conſilio vtuntur morituri, qui, quum diſcedere cogitant & iam parati ſunt ad tenebricoſam illam & triſtiſſimam profectionem, volunt exſtare *veſtigium ſui*, quo *memoriam* & gratiam amicis & poſteris commendent. Ita Damoe-

tas

a) SENEC. Epiſt. XXXV. b) idem de benef. Lib. I. c. 12.